



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...**

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam  
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super  
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

**Caraffa, Vincenzo**

**Coloniae Agrippinae, 1660**

Titul. 10. De materia lu[d]icij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)

interuenientes, magno animi feruore Sancta preces  
ad Deum, & pro infirma impetrauit veniam, vni-  
uersi. Si Demones abierunt, accesseruntque sancti  
per agonizante auxiliaturi.

# De Materia Iudicii.

## TIT. X.

Quid, examinabitur anima de talentis naturalibus  
corporis, potentiarum animae, de sanitate,  
ingenio, quâ ratione ea impenderit in lucrum  
propriorum meritorum, & ad gloriam Dei.  
Quid, examinabitur de talentis supernaturalibus  
fide, spe, Charitate, cæterisque virtutibus, an  
ad usus exercuerit, frequentauerit; an verò ista  
bona otii fuligine seu rubigine obduci permi-

*Examen  
fiet de donis  
naturalibus.*

*De donis  
supernaturalibus.*

*De malè  
operatis.*

*De bono  
neglecto.*

*De inspi-  
rationibus  
Dei.*

*De recta  
intentione.*

*De tempore  
malè expo-  
sio.*

*S. Bernardi*

tere, de malis operibus gravibus & leuibus, lethar-  
gicis, venialibus, linguâ, manu, corde patratiss.

Quid, de bono omisso & neglecto per propriam  
negligentiam, pigritiam & torporem, & nonnunquam  
per malitiam.

Quid, de cunctis illuminationibus & inspirationi-  
bus spiritus sancti ad fugiendum malum & operandum  
bonum, quomodo iisdem responderit.

Quid, de custodia cordis, præcipue verò de recta in-  
tentione in operando.

Quid, de tempore malè expenso: *Tempus impen-  
ditur, qualiter expensum*, inquit Deus non de annis  
& mensibus, sed de horis & momentis, quâ ra-  
tione fuerint exposita in suum seruitium & obsequium,  
ratio reddenda est de quolibet momento, quid erit  
de mensibus & annis, non otiosè tantum, sed etiam sec-

undè expensis.

Quid, rationem reddet non de rebus duntaxat ad  
personam spectantibus; verum etiam de iis,  
quæ suam concernunt familiam, de filiis, famu-  
lis, mulieribus; summa, *exigetur à se usque ad ultimum  
oculi.*

S. I. T.  
R. U. I.

Luc. 21.

oculi, ut verificetur illa Christi sententia: *Ex capite vestro non peribit, etsi non nisi vnicus vel capillus esset capillus ad vitam tuam spectans, non transibit in examine & iudicio Dei.*

## EXEMPLA.

TIT. XI.

*Jacob. de  
Paradiso.*

**R**eligiosus quidam defunctus alteri apparuit, & dixit: *Si credis, nemo credit, nemo credit, & interrogatus quid esset, quod nullus crederet, respondit defunctus: Quamquam se non credit, quam stricte iudicet Deus, & quam se non credit, quibus dictis disparuit.*

*Rigor Dei  
in iudican-  
do.*

*Ioan. Ae-  
gid.*

Præfato quodam pessimæ vitæ gravi & periculoso morbo oppresso decumbente, ingressus est cubitulum eius Cursor cum lancea dicens, *cit at te summi iudicii, ut venias ad iudicium.* Et hinc more conductus ad iudicium Dei, ibidemque circa personam suam, & circa animas sibi commissas examinatus, & quibus reus & culpabilis inventus, subito etiam iudicatus & condemnatus fuit.

*De succursu & auxilio B. Virginitatis  
morte, & in iudicio.*

TIT. XII.

Eccles. 6. 6.

**I**n omni animo tuo accede ad illam, & in novissimo iudicio inuenies requiem in ea, & conuertetur tibi in voluntatem. Quibus verbis docet nos Spiritus sanctus, quomodo in novissimis nostris, in morte, nimirum, & in iudicio magno amore & fiducia recurrere debeamus ad sanctissimam Dei Matrem, promittitque eo tempore nobis pacem & gaudium. Quamobrem sanctissima Mater non solum dicitur *electa ut sol*, sed etiam *pulchra ut Luna*.

*Maria ago  
nizantium  
conforta-  
rix.*